25. Junij 1785

\+

Die

In Dei nomine ✝ Sit omnibus notum quod Ego D.r Franciscus
Quadrado Civitelle Insulæ Minoricarum habitator gratis
et Scienter omnibus illis melioribus via modo et forma qui-
bus melius de Jure possum et valeo, Constituo Creo deputo so-
lemniterque ordino Procuratorem meum Verum certum et
Specialem et ad infrascripta generalem, ita tamen quod speci-
alitas ipsi generalitati minime deroget nec una alteram
roboretur, et fortius validetur vos Michaelem Joannem Sou
et Sastre dictæ Civitelle habitatorem licet absentem ✝ ad
Videlicet pro me nomineque meo exigendum Consequendum et ha-
bendum, habuisse et recepisse Confitendum omnes et quas-
cumque pecuniarum quantitates mihi debitas per D.rem Joseph-
um Mellin, Thomam Alou, et Michaelem Delgado mediis
diversis venditionis Instrumentis in posse Andreæ Vilatoro
Villæ Mahonis jam dictæ Insulæ firmatis + et de receptis apochas et cau-
[illegible] apocham seu apochas firmandum, et pro his
et eorum ratione coram quibusvis Judicibus Comparendum
de Juribus meis docendum tam verbo quam in scriptis sententias
audiendum et de illis si oportuerit apellandum apellationesque
prosequendum ✝. Item ad levandum á qualibet tabula depo-
sito et alias quascumque quantitates et pro his nomine meo
obligandum

\+ aut quascumque alias personas virtute dictorum Instrumentorum

Arxiu Comtat de Torre-saura

obligandum, fidejussores dandi et illos indemnes servari pro-
mittendi sub bonorum meorum obligatione et generaliter pro
dependentibus et emergentibus et quaelibet dictus Constituens fa-
cere possem si personaliter adessem ~~Cum~~ libere et generali
administratione. ~~Cum~~ Item ad substituendum unum vel
plures Procuratorem seu Procuratores ~~Cum~~ simili vel limitata
potestate, illos revocandi et alios de novo creandi manente
semper presente procuratorio mandato cum suis robore et firmitate
Promittens habere ratum validum atque firmum quidquid per
vos dictum Procuratorem meum et substituendos a vobis actum
gestum et procuratum fuerit et nullo unquam tempore revocare
sub omnium bonorum meorum presentium et futurorum obligatione
et sub omni juris et facti renuntiatione ad hec necessaria pariter
et cautela. Quod fuit actum Civitelle jam dicte Insule die 25.
mensis Junii anni 1785. presentibus pro testibus Rdo. Gabriele
Ramonell Pbro. et Bartholomeo Miquel dicte Civitatis habitatoribus. ac
me Josepho Bruony Not.º G.

Arxiu Comtat de Torre-saura